

torum hominum, Notarij inquam, & alterius in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti. Nec bene arguitur ex Clauſula de traſumptis in Conſtitutione: quia ad Conſtitutionem notificandam non fuit traſumptum neceſſarium, cum R. P. Generalis teſtimonium ſuffeciſſet: unde poteſt argumentum retorqueri. Res ergo per eas cauſas diſſoluitur, per quas nata eſt, quando veræ & neceſſariæ cauſæ ſunt, non autem ſi cauſæ tales non ſint, ſed ex abundantia additæ, vt in caſu noſtro. Quod tandem de iure tertij additur, minimi momenti eſt: nam vt id demus in caſu noſtro, de quo alias: cum Pontifex illi derogare velit, & de eius indubitable conſtat voluntate, nihil refert quod hoc aut illo modo certitudo diſpenſationis habeatur. Pro quo eſt communis ſententia, quam adductis alijs tenet P. Sancius Lib. 8. de Matrimonio, Diſputat. 17. num. 20. aſſerens credendum Epilcopo dicenti in Titulo ſe promouilſe non ſubditum ex licentia proprij Epilcopi, quia agitur de modico præiudicio. Et quidem ſi aliquid adducta ratio probaret, fieret ex eo neque in foro conſcientiæ licitum eſſe vt diſpenſatione cum certitudine dicta: cuius tamen oppoſitum jam vidimus Doctores cõmuniter aſſirmare. Et de hoc fatiſ, quando obedientiæ ſpiritus in Societate promptiſſimus, huiuſmodi ferè reddit inutiles quaſtiones. lam ergo

*Promouit in ſeptennium non poſſe eo finito proſequi, que videatur offenſa.*

108 Tertio quaeri poteſt, vtrum qui durante ſeptennio ſunt promoti, eo finito poſſint in officio proſequi vique ad triennij expletionem, vel neceſſario debeant eo expleto ceſſare, ſi beneficio diſpenſationis ſine vacatione, quam Conſtitutio iniungit, ſint aſſumpti. Et videtur quidem id fieri non poſſe, quia diſpenſationis tempus ſeptennio expleto finitur: ceſſandum ergo. Antecedens eſt clarum, & Conſequentia oſtenditur: nam eo quod finiatur ſeptennium non poteſt quis ad officium nouum aſſumi, vt eſt certum: ergo nec proſequi in illo. Illatio eſt legitima; quia eadem diſpenſatio neceſſaria eſt ad proſequendum in officio, & ad nouam illius aſſumptionem: vtrumque enim Conſtitutio aperte prohibet, vt ex illius tenore conſtat: *Eoque elapſo triennio, eo ipſo vacent, ipſoque ad alia quænis eiſdem Societatis munera, &c.* Factum hinc vt cum durante diſpenſatione ab Innocentio X. pro Indiis conſeſſa aliqui vltra triennium gubernafſent diuerſi in muneribus continuatâ prælatione: vbi primum ceſſatio diſpenſationis inuouit, ab officijs ſint remoti, ſic diſponente R. P. Generali, & Vice-Provinciales, ac Vice-Rectores (erat enim tunc Vicarius Societatis) aſſignant, quos poſtea in officijs conſirmauit.

*Quibus oſpoſiti probetur.*

109 Contrarium autem probari poteſt ex eo quod aſſumptio officij virtute diſpenſationis ab initio valida abſolute fuit, & ſine limitatione: ergo debet plenum effectum habere. Antecedens conſtat; quia conſeſſio Pontificis abſoluta & ſine limitatione eſt: abſolutæ autem conſeſſioni abſolutus, & non limitatus debet effectus reſpondere. Prætereâ, diſpenſatio conſeſſa ad aliquem effectum, non ceſſat ceſſante cauſâ, quando effectus commodè diuidi nequit, vt cum alijs tenet P. Sancius ſuprà, Diſputat. 30. num. 10. ergo idem dicendum quando ratione temporis ceſſat, ſicut

*Cauſa à ſimili, cum diuidi commodè nequit effectus.*

in caſu noſtro, in quo effectus diuidi commodè nequit, quia mutationes iſtæ ſuperiorum ex temporaneæ inconuenientibus plenæ ſunt, & non ſine nota accidunt reſpectu externorum. Deinde argui à ſimili poteſt: nam diſpenſatus ab Epilcopo poteſt vt diſpenſatione extra illius territorium, eod quod diſpenſatio abſoluta ſit, & vbi-cumque habere ſuum poteſt effectum: pro quo Auctor idem ſuprà, Diſputat. 31. num. 17. Ergo idem dici in caſu præſenti poteſt: licet enim argumentum de loco ad tempus ſit inualidum, iuxta ea, quæ adducit Dom. Solorzanus Tomo 2. Lib. 2. Cap. 11. num. 49. valet tamen vbi ſimilis ratio eſt. Item. Conſeſſio dicta non eſt pura diſpenſatio, ſed priuilegium temporale Indiis attributum, juxta diſtinctionem priuilegij & diſpenſationis, quam ſtatuant P. Suarez Lib. 8. de legibus, Cap. 2. num. 10. P. Azor Tomo 2. Lib. 7. Cap. 47. queſt. 5. Emmanuel Rodericus Tomo 2. qq. regul. q. 4. art. 2. ſecuti Rebuffum, Mandofium, Bartholum, & alios, vt ſcilicet priuilegium ſit aliquid permanente, tamquam lex, & per modum actûs primi: diſpenſatio autem quid tranſiens, & per modum actûs ſecundi: ergo non ſtrictè, ſed late interpretandum eſt: in quo etiam cauſa Religionis vertitur: ijs enim conceditur, qui in conuerſionem Indorum, & in conuerſorum fidei ac morum Chriſtianorum promotionem incumbunt: ex quo capite amplianda eſſe priuilegia, jam ſæpius oſtendimus. Videatur Caput. 2. Vterius, quia cum dictum priuilegium à die Datæ currat, & alijs iplius effectus poſt diuturnum tempus in Indiis poſſit haberi, ob notitiam retardatam, ex conſeſſione ſeptennij portio eſt magna detrahenda: ergo vt gratia talis plenè fruibilis eſſe poſſit, modus eſt interpretationis prædictus adhibendus: ſic enim ſeptennium videtur expleri, prorogatione inquam ſeptennij beneficio diſpenſationis intra illud executioni mandata. Denique R. P. Generalis de priuilegio dicto ad Provincias Indiarum ſcribens, aſſirmat per illud Societatem ſuæ eſſe penitus reſtitutam libertati, & licere abſolute quoad illas quidquid ante Conſtitutionem licebat: quamuis quoad vſum nonnulla præſcribat: ergo cum ante Conſtitutionem deſignari ſuperiores ad tempus conſuetum poſſent, idem priuilegio durante ſimiliter aſſirmandum.

*Alius de diſpenſatione extra territorij concedenti.*

*Priuilegium eſſe, & non ſolum diſpenſatione. Et vtriuſque diuerſitas.*

*Ideò laudè interpretandum.*

*Prior ſententia in præxi præſerenda.*

110 Nihilominus oppoſitum videtur ſecurius, unde ad vitandos ſcrupulos, & turbellas penitus ſubmouendas, iuxta illud præxiſ inducenda. Propter quam rationem R. P. Generalis id ſtatuit, de quo numer. 108. vt ibidem adnotatum: quodque non ſolum eſt ſecurum, ſed etiam valdè probabile; quandoquidem effectus diuiſibilis eſt. Vt autem inconuenientia, & nota externorum vitentur, à ſuperioribus circa hoc ſolenter prouidendum, vt inſtante fine ſeptennij non eos deſignent Superiores, quos ſciunt eo finito finiendos: vel certè taliter aſſignent, vt circumſtantijs attentis, nullum ex prædictis incommodis incurrendum arbitrentur.

111 Quarto; quia Provincialibus graues imponuntur pœnæ à R. P. Generali, ſi triennio expleto non deponant officium, & tantum modici temporis vſura permittitur: dubitari poteſt

*Pœna Provincialium vltra triennium perſentium poteſt.*

C A P V T V.

An Priuilegia vni Prouinciæ Indiarum conſeſſa, alijs etiam Prouincijs concedantur.

**D**iſtinguenda circa hoc ſunt priuilegia Indijs conſeſſa, in quorum exercitio nullus alius interuenit; & quæ ita pro illis conceduntur; vt miniſterio aliorum eiſdem applicentur, iuxta dicta Cap. 1. eſt enim circa illa non eadem ratio, quamuis fortè ob aliquam aliam poſſit extenſio eſſe vtriuſque communis. Pro illis ergo

112 Dico primò. Priuilegia conſeſſa alicui Indiarum Prouinciæ, in quorum exercitio nullus alius interuenit, non ſunt alijs Prouincijs communia. Videtur ex mente omnium eſſe Doctorem; iuxta quos priuilegium perſonale non extenditur de perſonâ ad perſonam: quod habetur in Cap. Priuilegium, de Regulis Iuris in 6. vbi ſic dicitur: *Priuilegium perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.* Sicut autem perſona priuilegiata ſe habet in ordine ad perſonam, ita & Communitas ad Communitatem, juxta communem Doctorem ſentum. Vnde communiter etiam tenent Religionem; quæ non habet priuilegium communicationis, non poſſe priuilegijs alterius frui, etiam ſi in illâ cauſâ ſimilis videatur. Pro quo videndi P. Suarez Lib. 8. de Legibus, Cap. 28. num. 13. P. Salas Diſputat. 20. num. 93. P. Palaus Tomo 1. Tractat. 3. Diſputat. 4. Puncto 17. Bonacina Tomo 2. Diſputat. 1. Queſt. 3. Puncto 7. §. 1. num. 15. & §. 2. num. 11. & 12. & Fr. Emmanuel Tomo 1. qq. regular. Queſt. 7. artic. 2. qui alios adducunt. Vbi dici nequit cauſam religionis in caſu noſtro verti, quia etiam in communicatione dictâ inter Religiones ratio iſta valeret; cum tamen inualidam videamus, eod quod in cauſâ qualibet verbis ſit priuilegij ſtandum, vt ſacri Canones clamant, & præſertim Cap. Porro, de Priuilegij, cuius tenor datur ſuprà, ſed non ommittendum illud: *Sic enim eos volumus priuilegiorum ſuorum ſeruare tenorem, quod eorum metas tranſgredi minime videantur.* Sic Alexander Tertius.

*Aſſertio 2. Priuilegia more Indiarum non extenduntur ad diuerſas Prouincijs.*

*Cap. Priuilegium, de Regulis Iuris.*

*Cauſa religionis non ſemper attendenda.*

*Cap. Porro de Priuileg.*

113 Deinde arguo ex ſtylo & mente Pontificum, qui circa hoc varias ſolent limitationes adicere locis temporis, & perſonarum, quæ quidem nullius eſſent effectus, quandoquidem omnimoda faciendâ eſt iuxta eorum mentem extenſio: omnis enim priuilegiorum vis ab eorum voluntate dependet, à quo & deſcendit: ergo cum ſciant cauſam fidei & religionis agi, & alioqui etiam piam, quia miſerabilium perſonarum, ſciantque pariter eorum priuilegia penitus extendenda, inutiliter limitationes multiplicent: quod cum minime dicendum ſit, conſequenter eſt aſſerendum extensionem talem contra eorum eſſe voluntatem. Vbi ſpecialiter vgeri poteſt ex eo quod de tempore dictum eſt: nam priuilegium etiam reſpectu cauſæ piæ, & omnino fauorabile, nequit vltra tempus, pro quo eſt conſeſſum, eſſe extenſio, extendi, vt omnes admittunt; licet circa aliqua-

*Ex ſtylo Pontificiarum conſeſſionum arguitur.*

*Et ex tempore, circa quod non eſt extenſio.*

*officio, non inducit priuationem eius ipſo facto.*

*Tenor illius*

*Quod modicum tempus reputandum.*

*Quid in alijs ſuperioribus.*

poteſt an eo ipſo vacet officium. Et negatiuè reſpondendum; quia id in prohibitione dictâ non exprimitur; immò oppoſitum ex illius tenore deducitur, dum ad alia officia inhabilitatis pœna præſignitur, & de præſenti nihil additur. Verba illius ſunt: *Quod vero ſpectat ad ipſos Provinciales ſeruetur Conſtitutio ſancti Patris noſtri, Parte 9. Cap. 3. §. 14. de triennio vt plurimum: nec niſi grauiſſimâ ex cauſa, & ad breue tempus, ſine expreſſa facultate noſtra id protrahatur, & in hoc grauo conſcientias ipſorum Provincialium, ſub pœna etiam inhabilitatis ad Superiorum officia iterum exercenda, ſi forte (quid abſit) ſine iuſta cauſa a nobis approbanda diuini officij remunerentur.* Sic ille: exceptio ergo firmat regulam in contrarium. Et res eſſet ſane ſcrupulis multis obnoxia, ſi omnes actus à Provinciali exercitii prorogationis tempore deberent annullari. Quod autem tempus ſit modicum cenſendum, ex dictis num. 94. poteſt intelligi: quod & ego ad prudens arbitrium, adhibito Conſultorum iudicio, reuocandum exiſtimo: vt ſi ſucceſſor ſperetur, aut negotium aliquid expediendum ſit, quod eius induſtriam & auctoritatem videatur poſtulare. Si verò ſucceſſor in aliâ Prouinciâ, aut in valdè remotis ſit, Vice-Provincialis debet deſignari; quia cum modicum tempus aſſignetur, & calus iſte non excipiat, qui & frequens eſſe in Indijs poteſt, comprehenſus debet reputari. Neque arguendum ex eo quod circa inferiores Prælatos diſponitur, vt ſcilicet per tempus modicum durare in officio poſt triennium poſſint, vbi & pro exemplo apponitur tempus, quod intercurrit, dum ſucceſſor aduentarit: nam præterquam quod, ſi aduentus ſucceſſoris talis non ſit poſt modicum tempus futurus, vt non raro contingere ſolet, eadem de illo eſt ſententia proferenda: in Provinciali ſpecialis ratio eſt, vt indicat pœna eidem impoſita, quæ tamen alijs non ſic impoſita reperitur: illius enim gubernatio grauis eſſe toti Prouinciæ, & ſine reſcurſus perſugio poteſt; cum tamen aliter in locali ſuperiore contingat. Quamuis alij aliter forſitan Philoſophabuntur, qui parum de Provinciali curent, dum grato ſibi Doctore, aut præpoſito potiantur: & de conuerſo, ſi grauis ſarcina immediati Superioris ſit, de benigno ſibi Provinciali parum aſtiment eſſe curandum. Humana hæc ſunt: ſed humanis iſtis aliquando conuincendum, ne infirmiores ſpiritus imparibus ſibi ponderibus obruantur. Nec de his plura, quando & properante ſeptennio, vix luebratiunculæ iſtæ vſui eſſe poterunt. Sed certè, quia ſeptennio ſeptennium addi poteſt, & doctriina propoſita ad alia deſeruire, commentariolum iſtum non duximus ſubtrahendum: quo jam exacto, ad eam, quæ gradiebatur, orbitam diſputationis curriculum traducamus. Sic ergo



lem extensionem fieri interpretatio possit, quando eam concessionis verba patiuntur; vt circa computationem diximus, num. 52. & seqq. quod etiam circa locum admittendum. Atqui si circa locum extensio verbis non comprehensa liceret, circa tempus idem esset asserendum, quia vnus maior ratio quam alterius non est, & summa est ratio, quæ pro religione facit, & pietati omnino fauendum est. Quod si Textus adductus obiciatur de priuilegio personali, quod cum personâ extinguatur: responderi potest de eo, quod personale non est, sed commune, aliam esse rationem. Et præterea ibi non esse sermonem de priuilegio ob fauorem fidei aut pietatis concessio. Et ex eo quod de priuilegio personali admittitur, argui etiam euidenter potest: nam illud non extenditur de personâ ad personam, nisi fortè ratione coniunctionis specialis aliquorum cum identitate rationis: vt de priuilegio concessio patri, quod ad filium, in quo est eadem ratio, debeat extendi, affirmat Emmanuel Rodericus, à P. Suario adductus *supra*. Sed errante nescio per quem citatione. Pro quo & nos alios adduximus in Epithalamio numer. 218. Id autem ad præsentem causam non facit, vbi generalius loquimur, & casus, in quo sumus, eam non habet personarum coniunctionem, & ita secundum receptam communiter doctrinam. Iam vrgeo. Priuilegium dictum non extenditur de personâ ad personam, etiam stante causâ pietatis & religionis, quia vni est tantum personæ concessum; & priuilegium, non iuxta rationem, sed iuxta precedentis voluntatem regulandum: ergo & pluribus concessum personis non debet ultra illas extendi. Patet Consequentiâ ab euidenti paritate. Quod si in isto extensio admittitur, non est cur in illo non debeat admitti: Iura enim de illis pariter determinant sine vmbra discriminis alicuius. Tenet apertè P. Escobar de Mendoza *Tomo 1. lib. 6. n. 82. & 132.*

*Assertio 2. extensio non potest in casu aliquo necessitate admitti.*

*Greg. XIII. concessio pro mutua vniuersa India communicatio.*

114 Dico secundò. Pro casu aliquo vrgentis necessitatis posset extensio aliqualis admitti. Id probo: nam licet resolutio præcedens videatur certa, non tamen oppositum improbable prorsus apparet, ob auctoritatem Doctorum, qui extensionem talem fieri posse defendunt, vt videri potest apud P. Suarium *num. 12.* & quod maioris momenti est, ob declarationem & concessionem Gregorij XIII. quæ habetur in Compendio Indico Societatis, *verb. Gratiarum Communicatio, s. 1.* vbi sic dicitur: *Omnia priuilegia, facultates, & gratia, quæ Occidentali Indiæ & Orientali concessa sunt, & in posterum concedentur, ita in vicem communicantur, vt singuli earumdem Indiarum, & Noue-Hispania Societatis Religiosi, illis omnibus æque principaliter in omnibus, & per omnia gaudeant: illisque vti possint perinde ac illa omnia vtriusque Indiæ ac Noue-Hispania Religiosis prædictis specialiter ac nominatim concessa fuissent. Gregor. XIII. die 10. Februarij, Ann. 1579. &c.* Iuxta quæ, licet concessio ad Religiosos dirigatur, satis tamen Pontificis mens videtur esse testata, vt priuilegia quæ Orientali & Occidentali Indiæ singillatim ac diuisim concessa sunt, communia vtrique habeantur: nam priuilegia non tam Religiosis, quam Indiis ipsis conceduntur, vt ex tenore concessionis constat, verbis illis: *Quæ Occidentali Indiæ, &*

*Orientali concessa sunt, & in posterum concedentur.* Licet Pontifex etiam non de concessis specialibus Prouinciis, aut Communitariis, sed de concessis generalius videatur loqui, toti scilicet occidentali, aut orientali: nam indefinita locutio eum videtur habere sensum: sine improprietate tamen aut violentiâ potest sensus minus vniuersalis sustineri: nam quod concessum est parti alicuius Communitatis, dummodo pars sit, quæ Communitatem etiam partialem efficiat, dici potest Communitati concessum. Sic enim in Compendiis Religionum omnium occurrit, in quibus priuilegia recensentur, & absolutè dicuntur Religioni concessa, licet multa eorum ad aliquos tantum spectent, vt ad Prælatos, Confessarios, Magistros, &c. Quod specialiter in Compendiis Generali & Indico Societatis est videre, in quibus passim occurrit: *Per priuilegium concessum Benedictinis, Cisterciensibus, Prædicatoribus, Minoribus, Augustinianis, &c.* cum tamen illa ad omnes non pertineant. Sic tamen in Cap. *In his, quæ, de Priuilegiis*, loquitur Honorius Tertius verbis illis: *Cum Fratribus Prædicatoribus & Minoribus duxerimus indulgendum, vt vbiicumque fuerint, sine Parochialis iuris præiudicio, cum altari valeant vtiuicè celebrare, &c.* Vbi quod aliquibus tantum conuenire potest, Fratribus dicitur generaliter indultum. Iuxta hæc ergo ampliatio priuilegij, de quo agimus, poterit aliquando, necessitate vrgente, cui par est magna vtilitas, exerceri.

*Notanda obiectio pro modo loquendi Pontificis, vt non debeat ad concessa generaliter Indijs arctari.*

*Cap. In his quæ, de Priuilegiis.*

*Assertio 3. in priuilegiis quæ proprie Ministeriorum non sunt, dari communicationem.*

115 Dico tertio. Si priuilegia talia sint, vt Ministris etiam concedantur, quatenus per eorum ministeria beneficium concessionis obtinetur, & Ministri nullum aliâ speciale priuilegium habeant, idem est, quod in vtraque diximus resolutione, dicendum. Id constat; quia cum nullum aliâ Ministrorum priuilegium sit, ad Indorum commodum tota concessio reuocatur: etsi respectus aliquis Ministrorum habitus, nihil amplius fauoris inde refulat, quam id, quod materia ipsa secum importat, ob illius pietatem, & ita eadem regulâ mensurandum.

*Assertio 4. maior illa in Religiosis communicationem habetibus.*

116 Dico quartò. Religiosi communicationem priuilegiorum habentes, maius habent fundamentum ad prædictam ampliationem. Probatur ex amplissima concessione Leonis X. pro Mendicantibus, de qua Emmanuel Rodericus *Tomo 3. reg. 9. art. 1.* in quâ sic habet: *Priuilegia, indulta, qualicumque illa essent, siue in genere, siue in specie concessa fuerint, aut in posterum concedentur, illa omnia, & singula illis Ordinibus, Ecclesijs, Oratorijs, de Fratibus priuatis ad priuatos, & de Festeiuitatibus ad Festeiuitates, &c.* Iulius Secundus in Bullâ apud eundem *Tomo 1. quæst. 55. artic. 20. II.* sic ait: *Quod de Prælatibus ad Prælatos dictum est, ita de Congregationibus vnus Ordinis, de Fratibus priuatis ad priuatos, & de Festeiuitatibus ad Festeiuitates, &c.* Pius quartus Ordini S. Hieronymi similem gratiam attribuit, vt scilicet in genere, vel in specie concessa, ad omnia & singula Monasteria Ordinis, tam virorum, quam mulierum, quibus in specie concessa non sunt, & in quibus alia causæ concessionis suberant, pariformiter vti possint. De quo citatus Auctor *Artic. 9.* Sic sunt alia concessionem: & hanc vltimam etiam à Pio V. factam, Collector priuilegiorum prædicti Ordinis aduertit, qui concessionem à Prædecessore factæ Litteras expedituit. Iuxta hæc

*Leonis X. concessio.*

*Alia Indijs.*

*Pio V. reuocata.*

ergo

ergo sine scrupulo videtur posse in hac parte procedi, vt quæ in vnâ Indiarum Prouinciâ licent, in alia etiam licita censentur. An autem quæ in Indiis per priuilegia fieri possunt, extra illas fieri queant, alterius est considerationis, de quo statim. Illud certius, ea quæ ratione communicationis in Europa licent, in Indiis pariter licere, quia Indiarum Prouinciæ omnium maximè priuilegiatæ sunt ob fauorem fidei, & rationes alias, de quibus non semel dictum. Et quidem eorum Pontificum tempore, qui extensionem prædictam concesserunt, detectæ iam Indiæ fuerant, vt de illis etiam cogitasse indubitanter affirmare debeamus; pro quo iam alia.

CAPVT VI.

An inter Indias, & Prouincias extra illas, communicatio Priuilegiorum fit.

Circa hoc non leues difficultates occurrunt, nec parùm profectò vtilis, pro quibus

*Assertio 1. De priuilegiis omnibus nouer vbi que conuersionum.*

117 Dico primò. Si qua extant priuilegia aliquibus de nouo conuersis extra Indias concessa, eo modo philosophandum de illis sicut Capite præced. *Assertio 1.* Pro quo est doctrina P. Suarij *Lib. 8. de legibus Cap. 26. num. 3.* & quoad vrgentem causam vtuat quod *Assertio 2.* dictum circa auctoritatem eorum, qui extensionem huiusmodi admittere minimè reformidant: cetera enim, quæ ibidem addita, neuitquam suffragantur.

*Assertio 2. De concessis antiquis Christianis. Pro quo affirmatur.*

Dico secundò. Si priuilegium sit Christianis antiquis concessum, potest ad Indias verosimiliter extendi. Id probo ex mente Pontificum, qui Indias maximè priuilegiatas esse volunt, vt & re ipsâ per singularia valde priuilegia constat, & eorumdem est verbis manifestum. Paulus V. in Bulla, quæ incipit, *Cum sicut accepimus*, ita loquitur: *Nos eorumdem Neophytorum animarum statui, & conscientia securitati, quantum cum Domino possumus, prospicere volentes, nec non æquum reputantes huiusmodi Neophyis aliquid de iure Canonico remitti.* Hæc ille: quibus similia habet Vrbanus Octauus in Bullâ consimilis concessionis, & alij. Cum ergo, quantum cum Domino possunt, Pontifices Indorum commodo spiritali prospicere intendant, & ad hoc conferre existiment iuris Canonici remissionem; videtur inde haberi competentem non negata ipsis, quæ antiquioribus Christianis pro eorum sunt spiritali commodo Apostolicâ benignitate concessa. Quod si quidquam eorum negatum esset, non staret certè Pontifices quantum cum Domino possunt, Indorum spiritali saluti prospexisse. Si quid ergo circa ieiunia, dispensationes, Festa &c. alicubi reperitur indultum, id poterit ad Indos sine scrupulo vllò transferri. Pro quo & est ratio, quam adducit Clemens Octauus in Breui, cuius meminit Dom. Solorzanus in *Politica pag. 239. Col. 1.* in margine: ita enim loquitur: *Ac Christi fideles illarum partium, tamquam teneros nouæ plantationis palmites, suauis mansuetudinis imbre irrigare volentes &c.* Suauitas namque irrigationis huius in eo o-

*Paulus V.*

*Clemens VIII.*

stendi debet, vt leuiora illis onera, quam Christianis veteribus imponantur, eò quod teneri palmites sint: ergo ampliora illis sunt priuilegia concedenda; immò & concessa intelligi, quæ aliis fuisse constet indulta: vt stet etiam quod citatus Auctor affirmat, nullos vnquam nouiter conuersos magis priuilegiatos extitisse.

*Indi maximè priuilegiati.*

118 Dico tertio Priuilegia concessa Ministris Ecclesiasticis erga alios extra Indias, Indicis etiam Ministris sunt communia, quicumque illi Ministri sint, vt si non Religiosi, neque habentes communicationem. Probatur ex dictis *Assertio præced.* quæ hoc etiam ostendunt: nam talia priuilegia non solum Ministrorum sunt, sed fidelium, ad quorum spirituale commodum diriguntur: ergo ex eâ parte debent esse communia: vnde & consequenter respectu eorum, sine quorum ministerio nequeunt eorum effectum obtinere. Ex quibus constat quid de habentibus communicationis priuilegium asserendum.

*Assertio 3. Indicis Ministris aliorum per orbem priuilegijs frui.*

Dico quartò. Communicatio dicta nequit ita extendi, vt quæ circa Indos licent, debeant etiam Europæis licita censerî. Hoc debet haberi certissimum, licet verba priuilegiorum adducta *num. 116.* videantur extensionem omnimodam indicare: talis enim manifestè apparet mens esse Pontificum, qui, vt dicebamus nuper, teneros Neophytorum palmites suauis priuilegiorum imbre student irrigare. Quis autem credat imbrem eundem communem plantis robustis velle, & insignem circa illos iuris Canonici remissionem? In generali certè concessione non veniunt illa, quæ quis non esset in specie verosimiliter concessurus, vt habet *Regula iuris in 6.* quod equidem hic maximè videtur locum habere, quia iam inter Neophytorum, & Christianos veteres nullum esset discrimen quoad absolutiones, dispensationes, & alia: cum tamen Pontifices tale esse velint, quale inter palmites teneros, & adultas esse plantas solet: vnde & pro dispensationibus erga Europæos adiri se volunt, circa quas etiam difficiles se multoties ostendunt, circa Indos benigniores.

*Assertio 4. Erga Europæos non licere, quæ erga Indos vt communicationis.*

119 Dico quinto. Sententia est aliquorum priuilegia Indica ad Prouincias alias extendi, cum limitationibus tamen quibusdam. Nam quidam asserunt quod in priuilegijs dicitur de extensione loci ad locum non debere intelligi de Capellis, Altaribus, & similibus, nisi Capellæ essent separatæ, & pro Ecclesijs haberentur: & hæc sunt limitatione contenti. Sic doctus ex Nostris Peruvianus Magister. Alij affirmant totum Indicum Compendium in Hispaniâ, & vbi que gentium suffragari, vbi non exprimitur concedi solum pro Indiis Orientalibus, vel Occidentalibus, aut extra Europam: vel in quibus non exprimitur, aut militat specialis concessionis ratio, quæ pro Indiis, ac Indiis solum reperitur; vt penuria Ministrorum, locorum distantia, Neophytorum instructio, necessitas, &c. Sic P. Quintanad. *Tomo 2. Tractatu 5. Singulari 7. num. 2.* vbi pro se adducit P. Christophorum Garciam virum doctissimum, & alios à se consultos. Probant ex adductis priuilegijs: & quia vbi Pontifices nolunt ad Europam extendi, id exprimitur: cum ergo non addunt, aliter videntur sentire: nam si voluissent, expressissent. *Cap. Ad audientiam,*

*Assertio 5. Sententia quorundam contraria proponitur, & repudiatur.*